



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

59. Fer 4. De Obedentia D. Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

diti obliviscuntur, vel quia memores illius, passione urgente eo tantisper carere non timeant: quia eum recuperare se iterum posse confidunt, vel quia ex diabolica malitia obores Dei eum contemnunt, neque cum eo in æternum habitare curant, sed magis cum demone id eligunt. Detestabor has quinque causas, & per quinque vulnera Christi auxilia efficacia petam ad eas avertendas.

MEDITATIO LIX.

Feria 4 Domin. Septuag.

De Obedientia D. IESU.

Aspiciam D. IESUM Patri æterno obedientem, *Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio*, Ioan. 14. Petam agnoscere Filij Dei obedientiam, & imitari.

Conf 1. Obedientiam esse virtutem, quæ præcepta majorum exequitur, quia præcepta sunt. Actiones Obedientiæ sunt decem. 1. Iussa majorum honesta velociter, viriliter, humiliter, constanter exequi. 2. Adversus affectus nostros, & inclinationes obtemperare. 3. Voluntatem abnegare, & hilariter iussa aggredi. 4. Iudicium nostrum cohibere, & adhibitis rationibus pro sententia Superioris nostram illi subijcere. 5. Si duriter, stultè, contumeliosè, sine gratitudine ad ardua mittamur, libenter parere. 6. *Æquè bonis ac malis*

malis dummodò mala non jubeant obedire. 7. Sine excusatione. 8. Indicia voluntatis exequi. 9. Indifferentem ad omnia esse, & sola volita à Superiore concupiscere. 10. Avidius difficilia, & vilia, quàm quæ blandiuntur, & splendent persequi. In his omnibus tota Passione admirabiliter exercitatus est Dominus JESVS.

Conf. 2. Verba Domini, Ioan. 14. *Iam non multa loquar vobiscum in carne mortali: venit enim princeps mundi hujus, non creaturarum, sed peccatorum, & tum per se & angelos suos invisibiliter, tum visibiliter per Iudam proditorem, & milites, & ministros, armatos, & in me non habet quidquam: quia mors debetur peccato, quod non est in me: sed ut cognoscat mundus, electi in mundo, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: nimirum morior amore Dei, & hominum, & quidem morte crucis. Surgite, eamus.*

Conf. 3. Appetuum sensitivum Domino obijcientem: Itane verò tam simpliciter mandatum Patris implebis? atqui personæ, quibus à Patre subijcitur, erunt ingræ, duræ, velanæ, contumeliosæ, homicidijs plenæ, quorum corda sunt Sathanæ sedes, plena errore & malitia, & his ut obedias? Obediam, respondet D. JESVS: quia sic placet Patri.

96 FERIA 5. DOM. SEPTUAG.

Patri. Sed enim, ô dilecte, vide, quæ tibi susceptissimi Superiores tui imposituri sunt: talis enim erunt, ad quorum apprehensionem tuam terram corrues, sudabis sanguinem, agonizabis, nec erit dolor sicut tuus; & hæc feram ab inimicis pro inimicis? Uti que feram: qui quit Dominus, atque ita feram, ut cognoscat mundus, &c. Venite, & videte, quæ posuit Dominus prodigia super terram. Ps. 45.

MEDITATIO LX.

FERIA 5. DOM. SEPTUAG.

Triplex Baptismus Christi.

Avdiam Dominum præ appetitu patienti di ingeminantem verba illa: Baptismo habeo baptizari. Petam eum imitari.

Conf. 1. Baptismum Christi à Ioanne susceptum, qui baptismi aquæ initerabilis erat indicium: quem ego suscepi: ideo ad implendis ei adnexis promissis studebo, abrenuntiationi Sathanæ, mundo, carni.

Conf. 2. Alterum baptismum flaminis dum exercuit actus amoris, & desiderij, quod maximum in Christo fuit passionem & mortem perferendi propter voluntatem Patris, & hanc ex unione voluntatum: quibus ego, si meam perfectè unire cupio voluntatem, nihil Deo adversum velle deb eo.

Conf. 3. Baptismum sanguinis, non tantum